

Regnum Nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Officii Banalis Locum-  
tenenti et fidi Nobis dilecto. Zagrabiae, ex Officio.

**Articulus Decimus Quartus.**

*Ut ordinata in priori Congregatione ad Instantiam Suplicantium Confiniariorum de-  
putatio effectuetur, statuitur.*

Et servitium Suae Majestatis Sacratissimae, et tranquilitatis bonique pu-  
blici, et ipsius Justiciae, unicuique quod suum est, dari et restituи praecipientis  
exigit ratio, non minus Dominorum Confiniorum Officialium honori et integritati  
plebi confinariae medellam ferre; et quoniam ab ipsis in Italia exercituantibus  
eaque et talis perlata hucce esset quaerela, quae non minima contra expressa  
benignissima Suae Majestatis Sacratissimae Mandata et Dominorum Statuum et  
Ordinum positivas dispositiones, belligerantibus ibidem constitutis tumultuandi et  
Domum redeundi dedisse refertur ansam et rationem, ad cujus quaerimoniae  
remedium quantocius ferendum, sicuti Domini Status medio Comissario-  
rum suorum ad sistendam in Italia pro uno adhuc Anno Militari Militiam non pri-  
dem expeditorum, quaerulantes, ut eo facilius ad assumendum unius adhuc Annī  
belligerationis servitium persvaderi valeant, affidari fecerunt, ita quoque Deputatio  
praemissa, veluti effectus praeattactae pure et directae in servitium Principis ten-  
dantis affidationis, quo celerius (ut quaerulantes, et praesertim in casibus existen-  
tes aut debita sibi satisfactione consolari, aut de male et sinistre exposita quaer-  
imonia capacitari, et ita ad persvadendum ibidem faciliori methodo persvaderi  
valeant) peragatur, statuitur: Dominique eo commissionati, Auditor confiniorum, et  
Sigismundus Bussich, mox finitis imminentibus Nativitatis Domini Festis, ut delatam  
sibi eatenus provintiam peragant, commonentur; occasione peragendae per se  
conscriptororum conscriptionis, omnes et singulas quaerimonias nefors suas pro-  
posituros admonituri, ad sinistras et minus veras quaerimonias contra Dominos  
Officiales proponant, in tali enim eventu sciant se debitas paenas irremissibiliter  
subituros.

Originale in Archivio Regni Croatiae.

**1743. 15. MARTII. VARASDINI.**

*Articuli Generalis SS. et OO., A. 1743 15. Mensis Martii, Varasdini, cele-  
bratae Congregationis.*

Anno Domini 1743. die 15. Mensis Martii, Varasdini, sub Praesidio  
Excellentissimi et Illustrissimi Domini Comitis, Domini Caroli de Battyan,  
perpetui in Nemeth Uivar, Regnum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Bani  
(Titt.) post felicem, Deo auspice, Suae Excellentiae Banalis modo et ordine prae-